



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

Sancti, Qui Pridie Non. Octobr. Coluntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

A in Decreto sancti Officii, die 2 Decembris ejusdem anni, quod recensui, edito, nec in litteris ad Viglevanensem episcopum de permittendo illius cultu datis, quas pariter retuli, de nova hujusmodi concessione ulla fiat mentio, solumque caveatur, ne episcopus continuationem cultus venerationisque ei hactenus exhibitæ impediatur, videntur Viglevanenses, aut voti sui executionem in aliud tempus distulisse, aut, si eam tunc eidem Priori conventus civitatis suæ commenda-verint, sua spe interim frustrati fuisse. Certe ipsemet Castellinus, qui Opus suum anno 1628 vulgavit, verbis num. 31 datis expresse negavit, de eo Missam cantari, aut Officium feri suo tempore soluisse, ut aliqui (inquit) non recte scripserunt.

42 Concessam tamen postea hanc fuisse a Sede Apostolica facultatem, persuadent alii, Castellino antiquiores, nisi hi alios, quos Castellinus redarguit, leviter secuti fuisse credendi sint. Certe, B. Matthæum Officio et Missa Viglevani in conventu S. Petri Martyris, Ordinis Prædicatorum, quotannis die 5 Octobris ex speciali indulto Apostolico coli, deinde etiam asseruerunt Marchesius in Diario Dominicano, Neapolitanis typis anno 1679 excuso, et Lafonus in Anno item Dominicano, Ambianis anno 1742 edito, quos non temere id scripsisse, persuasum mihi habeo ex sæpe laudati Benedicti XIV Opere, in cujus libro IV, part. 2, cap. 3, num. 12 id ipsum etiam affirmatur.

AUCTORE
C. S.
Officio et
Missa annuis
deinde etiam
auctus est.

DIES SEXTA OCTOBRIS.

SANCTI, QUI PRIDIE NON. OCTOB. COLUNTUR.

- | | | | |
|----------|--|----------|---|
| B | <p>Sanctus Sagaris, episc. martyr Laodiceæ in Phrygia.</p> <p>S. Fides V. M. et Socii MM. Aginni in Aquitania.</p> <p>SS. Marcellus, Castus, Æmilii et Saturninus MM. forte Capuæ in Campania Felici.</p> <p>SS. Rogatus, Saturninus, Faustinus et Martialis MM. in Africa. Item</p> <p>SS. Januarius et Ammonus MM. forte Romæ.</p> | E | <p>S. Yvius diaconus conf. Wiltoniæ in Anglia.</p> <p>S. Enimia virgo, forte regina, et abbatissa in diocesi Mimatensi in Occitania.</p> <p>S. Apollinaris archiepisc. Bituricensis in Gallia.</p> <p>S. Magnus episc. Opitergiensis, deinde Heracleensis, conf. forte Heracleæ.</p> <p>S. Pardulfus abbas conf. Waracti in diocesi Lemovicensi in Gallia.</p> |
| C | <p>S. Prudentius M. Besuæ in Burgundia.</p> <p>S. Eroteis M. in Græcia.</p> <p>S. Probus episc. conf. Cajetæ in Campania Romana.</p> <p>S. Renatus episc. conf. Surrenti in regno Neapolitano.</p> <p>S. Romanus episc. conf. Autissiodori in Gallia.</p> <p>S. Bartius, seu Barsius, episc. conf. Vasionè in comitatu Vindauscensi.</p> | F | <p>S. Epiphania virgo sanctimonialis Ticini in Insubria.</p> <p>S. Nicetas conf. in Græcia.</p> <p>B. Adalbero episc. Herbiopolensis conf. Lambaci in Austria Superiori.</p> <p>S. Bruno conf. Ordinis Carthusianorum fundator in Calabria.</p> <p>S. Artaldus ex Carthusiano episc. conf. in Bugesia, Galliæ provincia.</p> |

PRÆ-